



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IV. Non licet archidiaconis in aliquos sententiam promulgare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

DE SENTENTIIS
ET INTERLOCUTIONIBVS.ANNO
CHRISTI
1179

C A P. I.

Alexander III. episcopo Norwicensi & abbatii de Evesham.

SCRIPSIMVS vobis ad suggestionem H. clerici, vt causam inter ipsum & R. super capella N. diligentius audire debeatis, & sub certa forma terminare, omnino immemores existentes, quod eam prius aliis iudicibus commissemus, dilecti autem filii nostri S. & R. suis literis nobis intimarunt, quod ipsi prædictam causam sibi a nobis, appellatione remota, commissam, ordine iudicario terminarent. Quare a prænominatis iudicibus veritatem studiosius inquiratis, & si noueritis eos super causa memorata definitam protulisse sententiam, nullatenus in causa ipsa procedatis: & si forte processistis, nec mandatum nostrum, nec factum vestrum volumus eorum sententia derogare. Sed vobis firmiter iniungimus, vt prænominato H. perpetuum super eadem causa auctoritate apostolica imponatis silentium.

C A P. II. *Idem ejdem.*

Cum aliquibus adiudicata est possessio, non sufficit eis pignora dari, nisi corporali gaudeant possessione.

C A P. III. *Item R. Vigorniensi episcopo.*

Causam quæ vertitur inter fratres Dunelmensis monasterii, & monachos sancti Albani super ecclesia de * Tene-^{*Tene-}_{mula}, audiatis, & appellatione cessante terminetis, illud inter cetera specialiter prouisuri, vt fratres Dunelmensis ecclesiarum auctoritate & assensu episcopi causam ingrediantur, ne si fratres sancti Albani obtineant, episcopus Dunelmensis se abbatem illius ecclesiarum proponens, litem soptimam valeat fuscitare.

C A P. IV.

Archidiaconis de ecclesiastica institutione non videtur

ANNO CHRISTI 1179. licere , nisi auctoritas episcoporum & consensus acceſſerit , in alios ſententiam promulgare.

CAP. V. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Cum aliqua cauſa , appellatione remota , committitur , & ſententia fertur iniqua , eam euacuari oportet , nec debet ei ſtari , ſi manifestam contineat iniquitatem .

DE LEPROSIS.

PARS
XXXVII.

CAP. I. *Idem.*

Ex transmissa conqueſtione R. clerici nobis innotuit , quod cum ecclesia de N. a monachis , ad quos ius illius ecclesiae ſpectare diuocitur , ei confeſſa fuifſet , tum temporis cum Vu. clericus , qui fuifſe lepra tactus perhibetur , eam poſſideret , timens ne ſimiliter eadem confeſſione , aliqua fieret innouatio , ad ſedem apostolicam appellauit , & ad nos nuntium ſuum destinauit . Quoniam igitur vniuersis Dei fidelibus , & his maxime qui clericali dediti ſunt officio , in suis iuſtitiis ad eſſe tenemur , diſcretioni veſtræ , &c. quatenus ſi vobis ita conſtiterit , præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter confeſſam , & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia , in ea inuenientis alium iuſtitutum , eo inde amoto , eam ipſam , omni contradictione & appellatione ceſſante , iam dicto R. faciat , dilatione poſtpoſita , affignari , non obſtantे quod eadem confeſſio facta fuerit tempore prædicti Vu. ſi ipſum prænominato morbo maniſtum fuerit laboraſſe . Testes vero , quos idem R. vobis nominabit , moneatis attentius , & inducere laboretiſ , vt amore iuſtitiae , testimonium perhibeant veritati .

CAP. II. *Idem.*

Peruenit ad nos , quod cum hi , qui lepræ morbum incurruunt , de conſuerudine generali a communione omnium ſeparentur , & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur , nec vxores viros , nec viri uxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur , ſed ſine iipſis manere præſumant . Quoniam igitur , cum vir & vxor vna caro ſint , nec debeat alter ſine altero diutius eſſe : fraternitati tuæ , &c.

Qqqq iij